



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Sibi soli natus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

docilitatis exanimatam luctu prosecutus est, qui uxores tres absque luctu sepelierat, quod illi à Domitio objectatum legimus.

## SÆVITIA OCCULTA. CAP. XXVII.

*Nempe Ver-  
di Politionis  
Equitis Re-  
mani, ex  
Plin. l. 9.  
c. 27.*

Neque incongruum erit hieroglyphicum, si occultam quandam sævitiam significaturi, sanguinariam quippe crudelitatem in molli alioqui atque effeminato homine, per irritatam Murænam expresserimus, immani Romanorum procerum exemplo, qui servitia olim Murænis exhibebant excarnificanda: cum ea alioqui bestia exedentula sit, ut diceret Tertullianus, atque etiam excor- nis, & excornis.

## DE ANGUILLA. CAP. XXVIII.

*Muræna &  
Anguilla  
similitudo.*

Invitare videtur similitudo quædam, ut Anguillam Murænae subjungamus: non quod hæc inter amphibia sit, quod erratica, quadamque cognatione Murænam attingat: quippe cum hæc fluvi- vialis, illa maritima sit Anguilla. Nam quæ in mari reperiuntur, Anguillæ, à fluminibus omnes inferuntur, suntque ibi omnes peregrinæ, in alienam tamen adscitæ patriam, alienos etiam mores imi- tantur, & labem magna ex parte eluunt, quam exterrena face secum attulerunt. Ejus vero significata rara admodum apud Ægyptios fuerunt. Nostri multa hieroglyphicis Ægyptiorum similia, quæ per ejus imaginem intelligenda essent, excogitarunt.

## SIBI SOLI NATUS. CAP. XXIX.

*Anguilla-  
rum ortus.  
Plin. libr. 9.  
cap. 51.*

Num enim id tantum super Anguilla nota traditum ab Ægyptiis inveni, ut hominem omnes alios averlantem, & seorsum ab aliorum consortio sibi viventem, per simulacrum ejus significarent: propterea quod eam nunquam cum ullo alio piscium versari, neque quidem conjugali inter se usu misceri deprehendissent. Sunt qui velint eas sponte in luto humefcenteque humo provenire. Sunt qui eas scopulis se atterere dicant, ea strigmenta vivere neque aliam eorum esse generationem. Basilius Anguillas non alio ullo modo, nisi ex faculenta materia limoque procreare tradit, quarum neque ovum, neque ullum alium ad successionem modum constare compertum est. Aristoteles porro neque ovum, neque semen sortitæ sint. Ovum in nulla umquam Anguilla videtur creare posse: cum neque ovum, neque semen sortitæ sint. Ovum in nulla umquam Anguilla videtur neque factum in utero deprehensum, ut in iis quæ animal gignunt, capillamentis tamen & lumbicis quædam similia in ventriculo reperiri non tamen ea umquam animalcere, neque eo loco gigni aut immorari, quæ sint in factum evasura, quia non secus ac cibis concoquerentur. Quod vero alii dicant meliores esse feminas, quas à capitis forma fecernunt, quippe repandiore his, maribus vero oblongiore, atque ita eas quæ à cæteris discreparent, feminas appellarint: Philosophus idem non maris aut feminæ, sed generis differentiam agnoscit.

## MEMORIA POST OBITUM EXTINGUITA. CAP. XXX.

*Plin. libr. 9.  
cap. 21.*

Commenti sunt alii hominem, de quo nulla post obitum memoria superfit, per Anguillam mortuam significari: illa siquidem mortua non superfluit, nec sursum tertur, ut maxima ex parte pisces cæteri faciunt: sed pestum in profundum raptæ, in eodem quo genitu est limo computrescit. Id ea de causa fit, quod ventre sunt admodum exiguo, atque ideo minus inanes. Totum vero corpus cum fere solidum sit, neque fere quicquam aëris admittat, & caro ipsa glutinosa admodum, nec quid pervium relinquat, fit ut simulatque expirant, suomet pondere gratæ pestum ferantur.

## PROFANUS. CAP. XXXI.

In Divinis Hebræorum litteris eadem profanæ sensu mystico dicuntur: neque enim squamosi sunt; quique hujusmodi sunt pisces, in aquæ profundum immerfari, & in cæno libenter volutari conspiciuntur. Ad horum similitudinem, animi qui terrena tantum sapiunt, idonei non sunt ut illa sacra proponantur.